1425 7

In Christi nomine amen. Anno nativitatis eiusdem millesimo quadringentesimo vigesimoquinto, indictione tercia, die tercio decimo mensis januarii, egregius et nobilis vir dominus Lodovicus Lauredano quondam egregii et nobilis viri domini Johannis, honorabilis civis et habitator Veneciarum in contrata sancti Cancia[n]i, sponte et ex certa sua scientia, vendidit atque tradidit egregio et nobili viro domino Gabrieli Barbadico quondam egregii atque nobilis viri domini Antonii, honorabili civi et habitatori Veneciarum in contrata sancti Jeremie, ibi presenti et pro se et suis heredibus ementi, stipulanti et recipienti, quamdam ipsius domini Lodovici sclavam de partibus Rossie, vocatam in lingua latina [illegible], etatis [illegible] sanam et sine morbo et omnibus suis membris sanis et super alia sana corpore, et omnibus suis membris, et hoc pro precio et pacto nomine ducatorum sexagintasex auri. Quod quidem precium sive quos ducatos sexagintasex auri prefatus dominus Lodovicus Lauredano venditor in presentia mei notarii et testium infrascriptorum in pecunia numerata ducatis auri a dicto nobili viro domino Gabriele Barbadico emptore predicto habuit et recepit. Et propterea prefatus dominus Lodovicus venditor contulit atque contulit ipsi domino Gabrieli emptori super dicta sclava plenum et merum dominium, cum libertate et potestate de ipsa sclava plenam [illegible] disponendi et faciendi prout de sua processerit voluntate. Promittens prefatus dominus Lodovicus venditor pro se suosque heredes ipsi domino Gabrieli emptori predicto et suis heredibus de bona sclava [illegible] non movere, nec movendi ut inferendi consentire, et eam pro se et suis heredibus legitime defendere, disbrigare et autorizare [illegible] omnibus ipsius venditoris et heredum suorum sumptibus laboribus, et expensis sub obligatione omnium bonorum ipsius venditoris et suorum heredum bonorum presentium et futurorum. Actum Venetiis in Rivoalto ad apotecam mei Johannis de Bene notarii infrascripti, presentibus ser Nicoleto [illegible] quondam ser Lodovici [illegible] notario, ser Bertucio Nigro notario, quondam [illegible] sancte Marguerite [illegible] Veneciarum testibus ad premissa vocatis et rogatis.

Ego Johannes [illegible] quondam ser Bartholomei de [illegible] Bene de Venetiis, publicus imperiali auctoritate ac Veneciarum notarius et judex ordinarius, predictis omnibus et singulis interfui et rogatus scripsi et publicavi signoque meo solito roboravi.